



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Theodori secularis hominis Dei. Capvt CLIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

rute. Ait rursus: Præclara, & dulcia Dei munera habem⁹ proposita fratribus, p^ro seculari & molesta voluptate. Dixit iterum senex: Fugiamus matrem omnium malorum avaritiam.

- 1 Ex hoc loco videre potes, num antiqui monachi haberent cellam perpetuam.
- 2 Psalmodia nocturna utebantur etiam prisca monachi.
- 3 Ecce quam laudabile sit & religiosum Religionem profiteri.
- 4 Nunquam debet monachus habitum suum relinquere, etiam si efficiatur Imperator.
- 5 Remedium contra carnis concupiscentias est, iugis, & inextinguibilem abstinentia.
- 6 Nota, heretice, hoc dictum, Nihil ita Deo Monachos familiares efficii, sicut pulchra, & honesta castitas.
- 7 Heretici, qui continue Virgines hortantur ad nuptias, ex hoc loco cognoscere possunt, cuius partis sint.

Responsio monachi monasterij Raythu ad fratrem secularem.

CAPVT. CLIII.

DVO fratres seculares erant Constantinopolim, multum religiosi, multumque ieiunantes. Vnus igitur ex his veniens in Raythu, seculo abrenunciavit, & factus est Monachus. Post aliquantum vero temporis venit & secularis frater eius in Raythu, ut videret fratrem suum Monachum. Cum ergo moraretur apud eum, vidit secularis frater suum Monachum se reficientem nona hora, scandalizatusque dixit illi Frater, cum esses secularis, nunquam ante Solis occasum sumebas cibum. Tunc ait illi Monachus: Profecto, siater, quando eram in seculo, aures mee nutrebat me, Vana enim hominum gloria, & laus, non mediocriter me reficiebant, ieiunijque laborem leuiorem reddebant.

Vita Theodori secularis hominis Dei.

C A P.

Dicebat Abbas Iordanes solitarius : Tro-
 mul Anachoretæ perreximus ad Abbatem
 Nicolaum in torrentem Betasimum (la-
 ter sanctum enim Elpidium, & monasteriū, quod
 dicitur peregrinorum, in spelunca morabatur) in-
 uenimusque cum illo secularem quendam. Lo-
 quentibus autem nobis de animæ salute, dixit
 Abbas Nicolaus seculari : Dic nobis & tu aliquid.
 Respondit secularis, & ait : Quid vobis prodesse
 possum? Vtinam vel mihi ipsi prodesse valeam.
 Dixit ei senex: Profus aliquid dicturus es. Tunc
 ait secularis: Habeo vigintiduos annos, ex quo
 præterquam sabbato, & Dominico die nunquam
 me sol comedentem vidit. Eram autem mercen-
 rius in villa diuitis hominis, iniqui, & auari, cum
 quo mansi annis quindecim, die, noctuque ope-
 rans, neque mercedem mihi reddere volebat, sed
 per annos singulos affligebat non mediocriter. I-
 taque dixi in me ipso: Theodore, si toleraueris huius
 virum, pro mercede, quam tibi debet, cælorum Re-
 gnum tibi præparabit. ¹ Seruaui autem & corpus
 meum mundum à muliere vsque in hodiernum
 diem. Hæc nos cum audiuissemus, magnifice zelati
 sumus.

¹ *Quid dicis, hereticè, quid seruare virginitatem
 dicis esse impossibilem?*

*Relatio Abbatis Iordanis de tribus Sarracenis,
 qui se inuicem interfecerunt.*

Dicebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Ab-
 bas Iordanes. Narrabat, inquit, senex, quia
 imperante fidelissimo Imperatore Mauri-
 103